



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XLIX. Die von Ghure verkaufen dem Kloster Arendsee ihre Besitzungen zu
Leppin, am 3. April 1323.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

XLIX. Die von Ghure verlaufen dem Kloster Arendsee ihre Besitzungen zu Leppin,
am 3. April 1323.

In nomine domini Amen. Ne propter labilitatem humane memorie res geste euaneſcant feu obliuioni in perpetuum tradantur, expedit, eas ad ſcripta redigi, per que ad poſteriorum noticiam transferantur. Nouerint igitur Vniuerſi tam preſentes quam poſteri, Quod nos Buſſo et Bruninghus, fredericus, Otto et henninghus, fratres dicti de Ghure, libero animo et ex certo conſenſu et voluntate legitimorum heredum noſtrorum vendidimus honorabili viro domino Thiderico prepoſito, Margarete prioriſſe totique Conuentui Sanctimonialium in Arneſſe omnia bona noſtra, que in villa lepyu hactenus habuimus, cum omni Jure et omnibus attinenciis, ſicuti nos ea de Bruningho, noſtro Suagero, habere diſceſimus, pro viginti marcis argenti Stendalenſibus in perpetuum poſſidenda, Nichil iuris in Bonis ville predictis nobis reſeruantes, Immo omni iuri, quod nobis competebat, renunciauimus integraliter et ex toto. Huius vendicionis noſtre teſtes ſunt dominus albertus, prepoſitus in kreueſe, Arnoldus de Roſſow, Nycolaus de Ghure, fredericus de molendorpe, Tydericus de Gholtbeke, famuli, et Plures alii fidei teſtimonio decorati. Vt igitur hec noſtra vendicio firma et inuiolata permaneat, preſens dedimus ſcriptum Sigillorum honorabilium virorum prepoſiti in kreueſe, Arnoldi de Roſſow famuli atque noſtrorum munimine Roboratum. Datum Roſſow, Anno domini M°. CCC°. XXIII°, In octaua Paſche.

L. Anna, Herzogin von Schleſien, beſtätigt dem Dietrich von Keffelde die Ausſtattung ſeiner Tochter für das Kloster Arendsee, am 6. Auguſt 1323.

In nomine domini amen. Vt ea, que ſub tempore ſiunt, ne ſimul cum tempore labantur, neceſſe eſt, vt litteris auctenticis ac ydoneum voce teſtium robur accipiant perpetue firmitatis. Hinc eſt, quod nos Anna, dei gracia Duciffa Slefie dominaque Wratizlauienſis, ad noticiam vniuerſorum tam preſencium quam futurorum huius pagine teſtimonio volumus deuenire, quod conſtituti in noſtra preſencia Thidericus Reytuelde et thidericus ſuus filius, ſani corpore ac bona eorum mentis valitudine, Curiam ipſorum in hertzuelde in noſtra terra Schuſenſi ſitam cum vno manſo et cum vno quartali agrorum, cum decima ac cenſu quindecim denariorum agrorum eorundem ac Judicio ſupremo Clauſtro, Arneſſe nuncupato, in diſtrictu Soltwedelenſi ſituato, necnon domine Prioriſſe Totique Conuentui ibidem cum duabus filiabus ſuis, ſororibus dicti Thiderici filii ſui, propter deum donauerunt et ad manus dicte Prioriſſe ac tocius conuentus libera ac ſpontanea voluntate Jure hereditario reſignarunt. Nos vero dictam donacionem et reſignacionem, dei intuitu ac diuine remuneracionis interuentu, ratam et gratam habentes, preſatam Curiam cum agris et omnibus vtilitatibus prenomiſatis, ſicut dicti de Reytuelde et ſui progenitores ipſam Curiam poſſederunt hucufque, ſupradicto clauſtro Arneſſe et domine prioriſſe omnibuſque ſancti-